

The Electronic Manipulus florum  
www.manipulusflorum.com

Sanctitas uel sanctus p  
cum fonte primo

Que est ista iusticia, sanctos  
colere et sanctitatem contempnere?

Primus gradus pietatis est sanctitatem  
diligere deinde sanctos quia non sancti  
ante sanctitatem fuerunt, sed sanctitas  
ante eos. Sine causa ergo iustos  
honorat qui iusticiam spernit.

Crisostomus super XXIII. capitulum  
Matthei.

Quae est autem ista justitia, sanctos  
colere, et contemnere sanctitatem?  
*Pietatis gradus duo. Haeretici*  
*serpentibus comparati. –*  
Primus gradus pietatis est, sanctitatem  
diligere; deinde sanctos: quia non sancti  
ante sanctitatem fuerunt, sed sanctitas  
ante sanctos. Sine causa ergo justos  
honorat, qui justitiam spernit.

Pseudo-Chrysostomus, *Opus*  
*imperfectum in Matthaeum*, 45 (PG 56,  
col.889).